ALE
CENTRALE V. E. II

LIBRERIA
ANTIQUARIA INTERNAZIONALE
DOTT. LIBERO MERLINO
ROMA

69. 8. C. 45

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
69
8 C
45

SIMIA: Andreae Guarna Salernitani Opus Nouum.

¶ Marii Belloni in Simiam Salerni hendecaſyllabum Phalæcuim.

GRaios : auſonidas : Numas : Quirinos:
Paſtores : pecus : infimos : potentes:
Languentes : medicos : reos : agentes:
Scriptores : canonas : forum : forenſes:
Teſtes : acta patrum : patres : Tribunos:
Vates : carmina : prodigos : auaros:
Aedes : Tectonas : ebrios : uoraces:
Plutum : Irum : omnia : mordet : angit : urget:
Carpit : uellicat : oblinit : retundit:
Subſannat : notat : arguit : reprehendit:
Lingua : ore : ungue : manu : aure : dente : labro:
Mordax : callidus : acer : hoſtis : atrox:
Iratus : grauis : aſper : ultor : ardens :
Naſutus : rigidus : cachino : acerbus:
Argutus : lepidus : uafer : ſeuerus:
Doctus : candidus : elegans : facetus:
Guarnæ Simia opuſculum Salerni.
Quare tam ſimile eſt nibil ſibi uſq;
Quam eſt hic Simia Simiæ : nec ullo
Tam ſalſum ſale : quam Sales Salerni.

¶Ioanni Ludouico Marchioni Pallauicino : Andreas Guarna Salernitanus. S.D.

CVm eſſem Romæ ſuperiore anno : Ioãnes Ludouice Marchio Cultiſſime: Contraxiſſemq; Beneuolentiam non uulgarem cũ infelice quodam captiuo : uiro nobili : Quo illius animi anguſtias leuarem ex Parte aliqua : Dialogum hunc Edidi:incultum licet:& tuis manibus minus Dignum . Quoniam uero audieram perprius placuiſſe tibi aliq̃tulum Grãmaticale illud meum Bellum : ineptias has tuo numini dicare non erubui Accipies igitur Saturnaliorum his Diebus : Proxeniis : a me:meum hunc Simiam ſerena illa:atq; ſemper hilari tua frõte.Cui & iocos: & Dentes ita tribui q̃tũ Potui: ut uere Simia poſſet appellari. Vale Bonis artibus deditorum Mæcenas : & fautor Præcipue: Et Andream tuum inter eos:Qui tuo nomini Deditiſſimi ſunt maxime : maxime adnumera .

¶ Andreæ Guarna Salernitani Simia
Interlocutores.
Breuius. Simia. Angelus. Alexander. Hedri
cus: Auarus: Ioannes. Bramantes: Ca
ptiuus. Genius. Cecus. Petitores.
Pamphpilus. Cuſtos urbis.

TAndem; iam tandem ſuperaui mus Arduum hoc: & excelſum Paradiſi iugum. Conſiſtamus Paululum; atq; ſudorem tergamus frontibus. Minime mirum eſt q mortales huc inuiti Commeant: nam ad ima facilis deſcē ſus datur: ſublimia ſi uoles: ſudore madeas eſt neceſſe. O Pulcher locus; ut amgnus totus eſt: ut gratas Præbet umbras: ut redolet ſuauiter. Ampla Planicies: Prata ridentia; floribus referta uirilitate Conſpicua. Muri magnifici: Turres excelſæ: Palatia icomparabilia. Equidem loca dis optimis optime Præparata Bonum erit nos hic eſſe. SIMIA. Melius utiq; Romæ apud Gauponem: nam ibi Bonum eſſe: & Bonum Bibere habetur: hic autem tātum eſſe: Quod necdū uideo. BRE. Ha celeſte. Quid loqueris? adhuc tibi Animus eſt in Patinis? Hic perpetua fruemur pace; & quiete iucun

diſſima:modo ingrediendi efficiamur cõpotes. SIM. Q uietiꝰ mehercle quieuiſſem Romæ i meo lectulo: ſed nec ibi Bellũ ullũ eſt:uiuente ue leone Poteſt eſſe: niſi his qui Peſtifero illo Beati Franciſci laborant mor bo.mihi haud placet nũc mutaſſe lares.BRE.Q ui nã ſunt qui iſtoc uexãtur malo? SIM. Q uibus marſupia uento Plena ſunt: Et famelici uacuitate laxis incedũt lactibꝰ.BRE.Pauperes dicis? SIM.Hos ipſos.BRE. Et qđ nã Bellũ Pauperi Poteſt eſſe: Q ui nihil habet quo poſſit ſpoliari? SIM.Pauperi Belli nihil eſt:& Bel li tamẽ Plurimũ ſemp habet domi.BRE. Non intelli go ambiguũ ſermonẽ hunc:SIM.Tu qui uiuens eius fueris ordinis:qui in ſcirpis nodum quærit:nõ intelligis quod dixi? BRE.In ſcirpis nodũ quærimus? SIM. In ſcirpis ædepol.BRE.Q uapropter? SIM.Quoniã uos legũ iterpretes:Puros:& nudos eaꝝ ſenſus quo uoltis uertitis:& iuſtitiæ cæreũ feciſtis naſum inſuper. BRE. Cæreum naſum fecimus iuſtitiæ? SIM. Cæreũ utiq; ut illũ huc:& illuc Pro animi libidine Poſſitis flectere. BRE.Q uo nam Pacto hoc? SIM.Oh:Auctores ſce leris:ſcelus Docebo ego.Dicã tamen. Veſtris Gloſſis: ueſtris lecturis ueſtris limitationibus:ueſtris Deciſioni bus:ueſtris conſiliis:ueſtris immo clientum infortuniis: Q uæ Dii: Deæq; oẽs uobis tribuant larga manu. et ueritatẽ ita occultatis Peſſumiq; at iã Diſcerni nequeat.

BRE. Vnde ſcis Per nos ueritatem ocultari? SIM. Q uoniā ueteres nudā eſſe uoluere: & nudam Pingi: nos autē illā induiſtis ueſtē Multiplici Pellicia BRE. Qua? SIM. Volpina: Lupina:atq; ſi eæ ſufficiant minus:additis & Leoninam ex Lyſandri ſententia. BRE. Odioſi admodum tibi ſunt legum iterpretes Simia ut uideo:& eo℞ mores noſti Probe. SIM. Imperitos etiā illos Dominos quāquā ferre nequeo. BRE. Q ui ſunt iſti Dñi quāquā? SIM. Doctores neceſſitatis. BRE. Incertior ſum q̄ Prius:nec itelligo quo ſint Doctores neceſſitatis. SIM. Q ui nullam habent legem. Neceſſitas enim:ut ſcis:non habet legem. Q ui annulum digito cum ſedent ſufflati uoluunt:cum incedunt longa toga uias uertunt. Q ui cum non Plus ſciant quid ſibi uelit ius q̄ ſaginati Boues:ius tamen Gentibus Plærū q; Dicunt: & qđ noctu ſomniauerint:interdiu Pro tribunali ſedentes iudicant:& Decernūt.ue his qui eo℞ cenſurā ſubeunt. BRE. Principes in hoc quidē Peccāt largiter q furioſis tradant gladiū.ſed omittamus iſtæc. Et fac ſciā quo nā Pacto Pauperi Belli nihil ſit:& Belli tamē Plurimū idē ſemp alat domi. SIM. Miror ſapientē te ignorate iſtud.quid enim Pulcrū: iocūdū ue Pauperi Poteſt eſſe: q oibus careat humanæ uitæ neceſſariis: qui ſemper egeat: ſemper ſudet: ſemper algeat. cuius uita Diuiti ludibrio: & ſibimet ſit oneri Adde q;

Bellorum incõmoda Pauper Primus ſentit. Annonæ ſi ſuperueniat caritas Pauper:Primus eget:Primus eſu tit: Primus ſitit; Diues cui Grandes tritici Domi ſunt Congeſti cumuli:audito hoc lætatur maxima:atq; ex alieno incõmodo:ſuam Cõmode araam replet. Porro ſi in hoſtem agendi cunei ſint: aut Excauandæ foſſæ: Pauper ſolus in opus cogitur: ſolus tormentis oppo nitur:ſolus uitam Periclitatur in fælicem. Diues ferro tectus totus:Poſt Propugnaculum etiam latens:labo rantem Pauperem hortatur uoce:conctanti minitatur aſpere; & ab opere redeuntem fuſte Plerunque male accipit.Sed & in Pauperem tãtum ſceuit legum rigor. Hunc enim ſi furtum faciat quoduis minimum:quod ridere ſolitus erat Plato:fures magni Puniunt. Diues ſi medio etiã foro exerceat latrocinia:tutus uiuit. Pau per tam & ſi ex nulla cauſa trudatur carceri: marceſcit ibi:nemine Pro eo iniuriam deprecante.Diues Craſſa tor retentẽtus:muros quoſuis Craſſos Aureo Perforat ſcalpro:& elabitur laudatus. Pauper ubiq; urgetur:ubi q; impune opprimitur:& conculcatur. Diuiti etiam fa tuo aſſurgũt homines:caput nudant:cedant uiam: De ferunt uniuerſi. Quin & Canes ſi Cincinnatum Pau perem uideant: latrant ueriter: & Petunt Dente:Præ cioſa induto ueſte ultro obſequuntur: & Blandiuntur cauda.Deniq; Curæ:Erumnæ lamenta:ſuſpiria; Dolo

res:lacrimæ:Egeſtas:fames:frigus Durum:in Pauperē Declinant mala omnia hæc. Paupertas eſt ſummum malum:& quouis Pacto fugiendum infortuniū. Hoc eſt Belli nihil:& itidem magnū Bellum. BRE. Igitur Benenūmatum: & Diuitiis tumidum fortunatum uoles Dicere. SIM. Quid ni Dicam:modo Bona Bene ſciat fortuna uti:nec ut ſeruus ſeruet aurum:ſed eo utatur liberaliter. BRE. Erras Simia: SIM. Probo ſi Philoſophantem Patienter audias. BRE. Probarem & ipſe falſum eſſe iſtud Penitus: Citaremq; & ſocratem tuū: & Plures alios Philoſophantes ſummos: Qui aurum ut rem inutilem ſpreuere Penitus:ſed ocio opus eſſet longiore. SIM. At ego oſtenderem eos omnis fuiſſe fatuos: Qui tam Præclarū naturæ munus ſpreuerint impudenter:ſine Quo nec in terris:nec in cælo Quicquam Datur Docerémq; ideo Peris ſe ſocratem:q; nubes Coleret. BRE. E Cælo non Datur Quicquā ſine auro? SIM. Quod audis. BRE. Deſperauimus igitur ingreſſum Paradiſi: Qui nihil nobiſcum habeamus auri. SIM. Mortalib9 e cælo nihil Dari ſatis ſcio. Mortuis nec Dum noui. BRE. Inſanis ſimia:& Peribis Plane. SIM. Quapropter? BRE. Quoniam non recte ſentis: nec Deum: Qd maxime neceſſe eſt reuereris. SIM. I nunc tu:& Cælo Detrahas aliquid ſine munere, Si manu9 geras uacuas:i caſſum ſcio fundes Præces.

Danti datur : & nihil Diuiti : mi Breui : nihil Datur ætate iſta : BRE. Dentes acutos : nimis habes. Simia : animi Pietatem : non munus attendunt ſuperi : Dantq; quod Dari expedit Gratis : & liberaliter. Verum ſtulto ſtultior ipſe ſum : Qui ſtultam ſtulto ſtulte Præſtem operam. Accede Angele : & Paradiſi huius ſacras fores tangens Pulta. Romanum Ciuem Romanus Paſtor Petrus citius exaudiet quá nos aduenas. ANGELVS. Heus Beati aperite : Heus Beati aperite ſi Placet : PETRVS. Quis eſt qui noſtras tam matutinus uexat fores? inquietam noctem egiſſe hunc neceſſe eſt : Qui tam matutinus ad nos aduenerit : ANG. Ita Profecto. Nocte enim ambulantes tota : Defeſſi ſumus penitus : PE. Quem ex Beatis ad uos uocari uoltis? ANG. Petrum apoſtoſtolum : Regni huius clauigerum : & cuſtodem. PE. Ecce me : quid uobis uoltis? ANG. Intromitti : & uobiſcum eſſe ueſtro munere : PE. Non parum eſt quod petitis : Nec cuicunq; iſtud paſſim Dari ſolet. Scrutabor tamen an eiuſmodi ſitis : qui mereamini. O turbam magnam : Plures eſtis quá rebar. Confidite : Dignis locus non Deerit. Sed te Primum cæterorum oratorem interrogo. Vnde es tu? ANG. Ex mundo Beatiſſime : PE. Vereor ne Prior Dignus reperiare qui uapules : ANG. Vnde hoc? PE. Quo

niá inicio mendax es.ANG. Mendax? PE. Mendax ſane:qui ex mundo te eſſe affirmes ipudenter.Quaſi ſi hos extra mundum ſimus: Et neſcias hunc ſolum locum mundũ eſſe. Da operam ut De cætero uerus narrator accedas.Ex qua Prouincia? ANG. Ex Italia PE.Ex Italia:Prouinciarũ Regina:regione fæliciſſima. Placet: In qua natus: educatus ue urbe? ANG. Romæ quidem: ex maxima maximorum familia: PE. Igitur Romanus es tu: una mearum ouium? Mirum ꝙ uocem Primitus non cognouerim .Et hi qui uenere tecum Romani omnes ſunt? ANG. Non Pater: ſed ex Diuerſis terrarum orbis Partibus:in Curia tamẽ Diutius uerſati: & Curiales antiqui: PE. Si Curiales ſunt non omnes introibunt. Enim uero Priuſq̃ De illis agam: ſcire ex te uolo quid agatur Romæ: Ecquid ualeant meæ oues: Ecquid ſuper illis Paſtores uigilent. Intelligere opto omnia: fac uerax ſis: nec loquaris ad Gratiam. alioquin eiiciam te in illum: Quẽ Procul uides ſumantem igniũ immenſum Globum. ANG. Dicam omnia Quæ nouero: Proin de interroga ut uoles: PE. Quid uelim noſti. loquere tu: & uera fare. ANG. Proficiunt oues tuæ Petræ lana: fætu quæ indies magis: ac magis: Et Iulii Paſtoris optumi Diligentia Creuere mirum in modum. is enim maximo adhibito

ſtudio:& lupos cohercuit: & teneros agnos oculis fa
ſcinâtes Procul auertit. PE. Scio iam Diu omnia hæc:
& Propterea ſi Paradiſo admittere: uidebis illum inter
Pontifices ſedentem loco Celebri: & honorato. De
nouo hoc Paſtore leone Q uid Dicis? Gaudent ne eo
Duce: Pingueſcunt ue? ANG. O Petre Petre: utinam
ſemper oribus tuis Dediſſes Paſtores tales: uel hunc
ſaltem Diutius habere liceat. mente Poteris Q uieſce
re: ac Plane Confidere: omnia erga Gregem tuum Be
ne ſe habere Paſtorē tandem habent oues tuæ Q uē
optauerât uere optimum: & Benemerentem. PE. Cre
do Equidem: & Gaudeo. ſed Q uid Dicunt illi Q ui
hoc munus ætati Dandum Cenſebant: aut Gratiæ:
Perſuaſumq; habebant omni iure ſe id poſſe aſſequi?
ANG. Tuliſſe aliquantulum ægre nō nullos neceſſe
eſt: Difficile eſt enim obliuiſciſe eſſe hominē: uerum
Cognita leonis Clementia. æquitateq;: nec non intel
lecta Dei uoluntate: uniuerſi Q uieuere animo: non
ſecus: ac ſi eorum cuique opratus honos acceſſiſſet.
PE. Verum Dicis. Neq; enim caſu factum eſt, ali
quo: q; ex tot Clariſſimis: & Benemerētibus Patribus:
is Potiſſime Iulio Paſtori nunq̄ itermorituro ſuffect9
ſit: Q ui ætate Cæteris eēt iunior. Gregis enim mei mi
ſeratus uices: cū mihi Dari ſucceſſorem optinui: Q ui
& uere Bonus eſſet: Et ad multos (ut aiunt) annos

poſſet ſuperuiuere. Noueram ſiquidẽ q̃tum obeſſent ouibus Paſtorũ tam crebræ mutationes. Idq; habeas pro comperto: Leonem dies meos longe ſuperaturũ. Electio hæc nõ iuuenum: ut aiunt: ſed Dei fuit: & propterea non mirum ꝙ uniuerſus Chriſtianus orbis ſub tã ſuaui: & miti iugo cõtẽtatur: & tutus uiuit. expecto ſcire ex te nunc qualem ſe Leo ipſe ouibus preſtet: & quibus ferendo tanto oneri utatur adiutoribus. ANG. Optimum quidem: atq; ex ipſo met inicio omnium mentes ſpe repleuit bona. Primum nãq; omniũ quæ geſſit: inimicias quaſcunq; etiam priuatas depoſuit: & extinxit. Extorres Patriæ Cõpotes fecit bona reſtituit: cunctis pepercit: & ut de cætero quieti: ac paci ſtuderent uniuerſi edicto præcepit ſaluberrimo. PE. Iſtud Profecto pulcrorum omnium Pulcherrimũ fuit: tunc maxime parcere: cũ obeſſe poſſet maxime. Hac una opera & poſteris ſuis trãquilitatem firmam: & ſibi laudem peperit immortalem. uere Leo meus celebratam illam maiorem ſuorum clemẽtiam refert. ANG. Poſt hæc ad Gregis curam ſe totum uertit. Auxit Pabula: dilatauit ſtabula: eoſq; cuſtodes ouibus dedit: qui illas tonderent: non degluberent. Lupos: fures: cæteraq; ouibus inimica ita ſubmouit: & exterruit: ut media etiã nocte: ſi libeat: in paſcua tutæ poſſint exire. PE. O Leonem uerum ſucceſſorem mei. Quem ſi minus op

tinere contigiſſet: neceſſe fuerat. ut ipſe met e cælo
Deſcenderem in terram in Græcis curam. ANG.
Quibus Præficitur nullus: niſi Qui ſciat: Qui uelit
recte munus implere. Indocti: incultiq; non ut olim
Prima loca occupant: ſed Eruditos: & uirtutibus or
natos apud ſe in Prætio habet. horum ſemper utitur
opera: horum Plærunq; & conſilio. Et eiuſmodi ui
ros: ſi in urbem adueniant aduenæ: ſtatum excipit:
fouet & extollit. Romanā academiam muris auxit.
Edificiis ornauit: & ad ſalaria Perſoluenda reditibus
Ditauit ampliſſimis. Doctrinæ fama celebres ſum
mos uiros: Qui artes omnis Bonas Publice Profite
antur: Dignis propoſitis Præmiis acciuit. Quid plu
ra? ita & laudando: & Quod longe plus poteſt: Do
nando excitauit hominum ingenia: ut hoc Pontifice
Bonas litteras reuixiſſe iure optimo poſſimus affirma
re. PE. Quā placet illud donādo: Nā ſublato p̄mio in
occulto uirtꝯ iacet. Ecqd doctū uirorū delectat̃ ꝯſue
tudine? ANG. Mirū in modū cū ſit & ipſe Doctiſſi
mus. Omne enim: ut ſcis: ſimile: ſuum appetit ſi
mile. PE. Qui nam ex his ad illum accedunt proxi
me? ANG. Qui? Platones: Ariſtoteles: Vergilii:
Cicerones: Auguſtini: & omnium Diſciplinarum ui
ri Doctiſſimi. ita ut naui tue de cætero periculum nul
lum poſſit eſſe ſub Paſtore tali: & medico Saluberri

mo. Nihil in eius Domo uideas niſi Cultum: niſi graue: & quod maieſtati Pontificiæ Decorem poſſit afferre. PE. Triumpho mi Angele: audiens uiros tales Leoni adſiſtere. Neq; enim niſi Bene reipublicæ. illi poteſt eſſe: quæ a ſapientibus Gubernetur. ANG. Aurum: et diuitias ita cogit: et poſſidet: ut iacentia: præ inopia: erigat ingenia: ut urbem exornet: ut Romanam rem: etiam armis: cum opus ſit tueatur. PE. Sapienter. Theſauris ſiquidem augendis ſi quis Princeps inexplebilem adiiciat animum: miſeram et odioſam uitam uiuit. BRE. Audin tu Simia? Aurum Qui Cogere nimis ſtudet: miſer uiuit. SIM. Gemmas nihili faciunt Qui Gēmas neſciunt: nec mirum ſi is ſpernat Aurum: Qui nec unquam uidit Argentum. PE. Poſteaquam quieta omnia Romæ eſſe intelligo: et Paſtorem Quem Diutius optaueram ouibus Datum ſcio: Quieſco utiq; animo: ac Plane confido: omnia indies meliora Gregibus acceſſura. Et de his ſatis. Tempus Cenſeo nunc recenſendi animas Quæ huc uenere tecum. et ingrediendi iudicium. Voca illum macilentum facie: fungino: ut arbitror natum Genere. Cuias es tu? SIMIA. Romanus et ipſe Pater: Socius eius: Qui hactenus tecū locutus eſt. PE. Mentiris ſane: Romanam enim linguā habes minime; et neſcio quid externi male oles.

SIM. Maleſaciat Deꝰ Polinctoribus illis Peſſimis:q̄ non recte abluere cadauer meum. Nō ſenſiſſet is odorus Canis odorem ſudoris Græci ſi functi fuiſſent ſuo officio. Natus Rome dicere uolui: ex Græco Patre. PE. Viden ut te furcifer cognouerim Congreſſu Primo. Neſcis quid in prouerbio ſit. Catuli longe olent ac ſues. Ita quidem Plerunq; hodie fit: Barbarus quisq;: & in cultus ſcytha: modo per annum urbem incoluerit: impudenter ſe Ro: Ciuem iactat: nec temeritati eorum ut æquum eſſet itur obuiam: Non me fallent tamen: ſed ſine indice agnoſcam eos cū huc uenerint. Quid uocaris? SIM. Demetrium a Principio uocauit Pater: Pueri autem iſti peſſimi academici per iocum primo appellarunt Simiam: quod ita in uſum tranſiit poſtmodum: ut alio nullo noſcar nomine. PE. Nomē Profecto Dignum tanto uiro. Quid ploras? SIM. Quoniam intempeſtiue nimis uita cedere iuſſus ſum æquumq; eſt Petre ut me ad uiuos mittas: rediturum ad uos ſponte infra dies pauculos. PE. Quæ nam eſt cauſa quæ tè ad uiuos reuocet. SIM: Nuper ſententiā tulit contra me iniquus neſcioquis auditor. Rotæ: a qua Præuētus morte necdū Potui appellare. uereor ne in rem tranſeat iudicatam: & Poſteris meis fiat Præiudiciū hoc Sed & uineā habeo in exquiliis: iuſta Mæcenatis hortos: Hanc oportuit occari prius: & fulciri.

Palis:et mori poſtmodum ex ueſtra animi ſententia. mecum actum eſt præpropere:et inclementer nimis. PE. Hunc ego arbitror nihil ſapere: ita meras nugas blattit. SIM. Vtinam nihil ſaperem:non me cognō uiſſes ex odore græcum eſſe. uerum ſapiet eo amplius cadauer meum:niſi eo me remittas citius. PE. Nō ex meis ouibus græci ſunt: nec me unquā claues has ha bere credidere. SIM. Credidi ego ſemper Petre:Ro mæ enim ut dixi natus ſum:atq; inter academicos edu catus:apud quos Chriſti fidem ſemper integram repe ries:et ſi ubiq; alias deperierit. Teſtes ciro Donatum: et Sauoiam:quibus cum de trinitate diſputationes cre bras habui. PE. Donatum noui probe:quis iſte ſauoia ſit fac ut ſciam. SIM. Poeta mehercle bonus:et iocū dus:et qui Cratoni Peregre Romam aduenięti gratui tam litterariam operam offerre non dubitarit. PE. Ma gni aliquid habere oportet hunc ſauoiam:Q ui ſūmos Græciæ Ppiloſophos Docere ſit paratus: SIM. Oh habet utiq;. PE. Q uid tum Craton? SIM. Renuit. PE. Faſtidio forte habuit græcus latinas literas? SIM. Neſcio:uerum exclamauit. O Roma. PE. Ha:intelli go nunc. exclamauit admiratus eos Rome reperiri ui ros:qui ſnmmos Græciæ ſapientes docere auderent. equidem gaudeo. atq; ſauoiæ huic opto bene eſſe ex hac maxime cauſa. ANG. Fælix Craton:et beatus:ſi

B

ſauoiæ Diſciplinam ſubiiſſet:non enim latinas modo literas:ſed & Caldeas etiam : atq; arabicas Vna opera didiciſſet:reuertiq; Potuerat in angliam ſuum natala ſolum edoctus Probe: Quid differat inter raſanum : & Cucumim. PE. Quid tu tecum nunc cogitas ſimia SIM. Pulcherrimum Epigramma : quod uiuens edideram noui templi tui inſcribendum ianuis.PE. Non opus eſt Epigrãmate . ſed nec ubi templi ipſius ianuæ Poni debeant adhuc ſcitur ſatis.SIM. Certum eſt Nam & Bramantem aiunt morientem præcepiſſe de Ianuis nihil ſtatui :Quo ad ipſe ex mortuis reſurgeret interim excogitaturũ ſe quo nam in loco aptius Poſſint Poni.PE. Intelligo te ſcelerate Græcule : Quaſi intermittendum opus ſit ac Perficiendum nunquam. Perficiet certe meus leo:idq; inter tormenta tua faciã ſcias : Quo Grauius Præ inuidia torqueare animo. SIM. Sine Epigramma ipſum inſcribi Paradiſi huius ueſtri ſacris ianuis.PE. Nec tabulæ : nec ſtilus ullus eſt:nec opus Epigrammate.SIM. At ego ea omnia mecum ſemper fero Græcorum more . PE. ſcribe igitur.SIM. Hei cingulo adheſora:et cadaueri.Quid ſi duos excantem uerſus:non erit gratum? PE. Canta to hæc Plutoni dum torquberis. SIM. Non mihi placet cantus inter lachrimas. PE. Nec mihi placet carmẽ in iudicio, SIM Igitur faſtidiтis bonas literas?

PE. Faſtidimus græcorũ malos mores. SIM. Græcia tamẽ ad uos optimũ tranſmittit mel. Pe. Græcia ſuũ ſibi habeat aconitũ enim uere omiſſis nugis iſtud age. Q uo nam fato es functus tu? SIM. Violento. PE. Ferro forte? SIM. Minime neq; enim ferrum tractaui unq̃ niſi in coquina. Cæterum uiolento dixi: quoniam neminem arbitror uolentẽ uita cedere: niſi captus mẽte ſit: aut deſperatus Penitus Deceſſi autẽ humana cir cunuẽtus fraude: laborabã ſiquidem leui Q uadam febri Q uã unius diei cibi abſtinentia imprudens eruare Potui: ſed ne ſumptibus uiderer parcere: Vt Plerunq; fit: carnifices acciui Domum. Vocati namque in curã iſti mẽdici medici: Clyſteriis farmaciſq;: ac mille aliis cõmentis ſuis Peſtumis aditũ exitumq; expugnantes miſeram aĩam exegere. PE. Cur non continuiſti ne exiret? SIM. Cõtinui quidẽ q̃tum Potui: admixusq; ſum etiam Clauſis dentibus occludere uias omnes ne poſſet fugere: Illa autẽ indignata magis: Collectis uiribus & facto ĩpetu: iſtar excuſſi tormẽti magno ædito tonitruo: qua minime uerebar gemẽs euaſit. PE. Vt te decuit certe. ſed cur mẽdicos medicos aduocaſti: & nõ uitiores: & fama celebres? SIM. Mẽdici oẽs ſunt & paſſim mendicãt malum. PE. Miror quin Datores largos reperiãt pluſquã uelint. SIM. Nõ ſuũ: ſed noſtrũ mẽdicãt malũ alioquin ex arte ſua fructus nullos

ferunt.PE. Ferenda uobis ars eſt.iſta uiri græci:q̃ uos met etiam inuitis Italis intuliſtis. SIM. Vnum eorũ ulciſcar ꝓbe cum reuixero.PE.Q uid illi facies mali? SIM. Pede altero ſublimem rapiam: et uno conatu mittam tranſmare põticum in inſulas miſeriarum.PE. Q uo eum mittes? SIM. In inſulas miſeriarum.PE. Vbi nam eæ ſunt? SIM. In Arabia. PE. Gremiam eſſe Arabiam ſcio:fælicem ſcilicet:et Petroſam.Ibi nul las eſſe miſeriarum inſulas. certus ſum: SIM. Eſt et alia.PE. Vbi? SIM. In ponto. PE. Eho:an et in pon to eſt Arabia? SIM. Eſt:non quæ thus:ſed quæ ab ſynthium ferat:et Cunilam Gallinaceam. et ex omni bus Coſmographis ſolus plautus eam uidit:poſt quẽ ego.PE. Quæ te eo adduxit cauſa? SIM: Vt uiderẽ Ciconias internecino illo bello cum Pygmeis decertã tes. PE. Græci etiam mortui narrant fabulas:quid fa ciant uiui.SIM. Q uid? fabulas cenſes Ciconias cum Pygmeis decertaſſe? PE. Q uid ni cenſeam? SIM. Atqui Herculẽ in eo prælio militaſſe:req; bene geſta: in maris Caſpii medio trophea ex Ciconiarum roſtris extruxiſſe maxima:Palam eſt.et ex Græcis teſtes mil le:ſi minus dictis fidem præſtes: Citare poſſum:qui ſe hæc propriis uidiſſe oculis affirment conſtantiſſime. PE. Romæ ad teſtes cum res deducitur actum eſt: uicta eſt cauſa;quid fiat apud Græcos;apud quos nul

lum tam impudens eſt mendatium: Quod teſte care
at ſed in uiam ſedeamus ſimia. Cur non melius cenſes
uita illa ceſſiſſe miſera: & nobiſcum eſſe ſi Poſſis: Vbi
nec cauſarum: Vinearum ue ſunt cauſæ aliquæ. SIM.
Periculum ego iſtud dico: & longe malum magnum:
efflaſſe animam: Et ueniſſe eo: ubi nihil fit: quod man
di poſſit. Quippe nec caupones: nec farcimina uēden
tes ullos uideo: Nec Bellaria quibus uiuens oblacta
bat plurimum: circūferentes uſq̄ ſentio. PE. Abi hinc
in malam Crucem cruciatu quo uis digne mittam te
porta nunc: ubi uoraginē hanc replebis flāmis. SIM.
Aperuiſti tandem Demoſtheni oracula macedonica:
ſciebam ego græcos omnis odio eſſe tibi: et propte
rea damnandum me Prævidi certo. PE. Mentiris ſce
lerate: Græcis probis patent ianuæ: improbos: tui ſimi
les Plutoni excruciandos trado. SIM. Sine huius rei
faciam periculum: ſi uel unus græcus apud uos eſt:
mendax ſum: nulla eſt mora: damnari uolo. PE. Dam
nabere etiam uolens. Nec intus quid apud nos agatur
ſceleratis illis tuis oculis intueberis tu. Abſcede hinc:
et eum uos Beati Spiritus: cuſtodite diligenter: Addu
cite alium. Nomen: Patriam: Et quod uiuens egeris
fare. BREVIVS. Franciſcus Breuius nomen fuit:
Patria Venetiæ: auditorem uero totæ Romæ geſſi lō
ge tempore. PE. Fama nouite: Et cognomen iſtud

tuum haud quaquam conſequentus rei fuit. BRE. Quid ita Beatiſſime? PE. Quoniam cum Breuius diceretur: longa tamen expectatione opus erat his: qui coram te agebant cauſas. Nec earum deciſionibus dabas operam quã debebas. Quapropter neceſſe fuit ut plærique dilationibus fatigati: euacuatis marſupiis deſererent iudicium. Peccatum abſte in hoc eſt admodum. Penituit uiuentem huius criminis? BRE. Equidem & ex intimis animis defleui ſæpe: multotienſque emẽdare adnixus ſum: nec potui optinere: natura erat in cauſa: non malicia. PE. Aiunt inſuper durioris te ceruicis extitiſſe: nec facile collegarum ſententiis acquieuiſſe. BRE. ſententias eorum probaui ſemper: ubi mihi probandæ iure uidebantur: uerum peruertentibus iudicia: et pro animi libidine: uel in Potentum gratiam ius dicentibus: aduerſari: & obuiam ire pium ſemper: & neceſſarium duxi. PE. optime quidem: nec ex hoc pœnam: ſed Præmium referes ampliſſimum. Iſtud tamen ſcire ex te uolo. Habuiſtin filios? BRE. Non Pater: Religioni enim dicatus: q̃tũ mortali licuit: ut epũm decet caſte uixi. PE. Laudo. Iſtud autem rogaui te quoniam huiuſmodi uinclis uinctos eſſe eos qui ius dicunt periculoſum ualde eſt nec ferendũ pacto ullo: ſcio enim quæ ad nos querelæ uenerint paulo ante ex hac cauſa. Auditorem totæ cum eſſe qui Pater ſit non

placet penitus.ſine te inſpiciá nudum Breui . Niridus. Profecto totus eſt:& omni caret menda . Iracundior tamen fuiſti aliq̃tulum : & elatus animo : ita ut ſuperbus uiderere.ſed nihil iſtud:uicium quippe gentis eſt: quod tolli facile paud quaquá poteſt.Introibis ad nos bonis auibus. Accedat ille qui Cenſorinum Catonem refert:Profitere nomen tuũ quiſquis es. ALEXAN. Bononia mihi Patria extitit : Alexander nomen.Ex Zábecharia familia. PE. Tu ne ille es Alexáder Ro: Curie ſplendor:& Decus : uirtutũ amatorũ uiciorũ hoſtis:æqui : Beniq; Perpetuus Defenſor : & cuſtos: Gratus mihi ſemper extitiſti uiuens:Et uitam tibi Diutius Prorogari libens uoluiſſem:ut & opreſſis : Quod tibi erat Proprium : Patronus fidus non eſſet : & uitæ tuæ exemplo:cæteri ad Benefaciendum acrius poſſent excitari:Enim uero Quoniam cælo nõ terris natus eras: Depoſita Carnis mole:ad nos uenire te iuſſit optimus Deus:ultro iſtud exoptantem : & Prece aſſidua expetenté. O Bona Bononia:Quæ huiuſmodi uiros feras: Dignos marmoreis laudibus: Dignos honoribus : Dignos Cæleſtibus Donis. ALEX. Lætor Petre ſi Quid uiuens Egi Quod cælo Placeat:atq; id uobis gratum eſſe:ſummo Deo:ſũmas Ago:atq; habeo gratias. PE. Age hic mecũ a dextris ſede : honorare te uolo nunc honore hoc Bene merenté:Quod oés hos Diligéter

examinauero. Et ſi quē ex eis laude: multa ue dignum cōgnoueris. fac ut ſciam. ALEX. Faciam quod iubes pater: tam & ſi factum ſuū unuſquiſq; in fronte gerat: et accuſationis partes uiuens ſemper ſubterfugerim. PE. Quiſnam ille eſt: qui multa tacita ſecum computat? Epiſcopus fuit iſte ut uideo. ALEX. Atq; Archiepiſcopus etiam: Henricus enim Antiſtes tarentinus: eſt dicendum de eo erit Petre apud te ut ſuſpicor. PE. Dicendum utiq; Hunc nāq; mortales nobis in multis accuſarunt eumq; non Tarentinum: ſed Tarantolinū appellabant per contumeliam: Henrice accede: et de te metipſo rationem exhibe. HENRI. Magnis in rebus uerſati Petre: et principum negocia: ſine ſubditorum odio tractare impoſſibile penitus eſt: et humanis uiribus minime conſentaneum: in ea Præſertim roſcuria: in qua non tam maledictis multotie ſlacerantur: et damnis afficiunt honoribus digni: q̄ fortunis: et honoribus eleuantur: indigni. PE. Scio omnem hanc rem: et peruetuſta ac millies decātata eſt hæc fabula: Hæc non ago nunc. uerum cur ſanctoꝝ: qui in templo meo quieſcebāt: effoſſos cineres: in campum ſanctū uoluiſti deportari: moriens uero ſepulcrū i mōte neſcio quo extra urbē tibi excauari: cadauer q; tuū recondi ibi iuſſiſti: talionem forte ueritus? HENR. Iaciendis noui tēpli tui fundamentis excauari cineres neceſſariū fuit

penitus: necubi uero ſanctorũ reliquũ aptius q̃ i cãpo Sancto poni poſſe eſt uiſũ mi:factũq; non impiũ: ſed piuũ:et religioſum Duxi:de meo autẽ cadauere quid cenſuerim:ad mortales nihil attinet. Hanc homini na tura dedit cogitationem uanam: ut etiam uiuens de ſepultura cogitet. Illud certe exploratũ habeo:ubicũ q; cadauer meum ſit:non offendetur tyberis illunioni bus. PE. Quid dicis Alexander? ALEX. Quod Henricus dixit certũ eſt impoſſibile eſt enim placere omnibus:eũ qui magnas res:et principũ tractet nego tia:de hoc homine unũ certe exploratũ habeo quod omni dignũ cenſeã laude: curiam ſiquidẽ illam alum nis repleuit probatiſſimis. PE. Quam placet illi qui homines erigunt non ſtatuas:atq; q̃tum fieri poteſt: Homines hominibus dii ſunt. Ex hac maxime cauſa ſaluabitur Henricus nunc:ut cæteri ad benefaciẽdum acrius inuitentur. Adduc trementem illum:et ferme ſe mianimẽ.quid tibi eſt? Quid times? AVAR. Neſcis q̃ meticuloſa ſit res adire iudicem? PE. Non meticu loſa modo:ſed et periculo plena res eſt:ſcelerato adire iudicem. AVA. Prius damnas q̃ audias. PE. Prius times q̃ interrogeris. Nõ fruſtra eſt hoc. Quod tibi ex titit nomen? AVAR. Petrus Turres:Nouaria fuit pa tria. PE. Noſtin hunc Alexander? ALEX. Quid ni nouerim Ro: Curiæ publicã fabellã. Rideas certa ſi hu

ius mores ſcias. PE. Quod tibi uiuenti ſtudium fuit?
AVAR. Parſimoniae: nihil cuiq̃ dare: nihil a quoquã petere: nihil credere niſi fide graeca atq; oibus fraudare genium ut aurũ cogerem. PE. Et hanc tu parſimoniã uocas Belua? Auditas auri ſeduxit te: non Parſimoniae ſtudiũ. AVA. Pietas fuit in cauſa nõ aeris auiditas. PE. Quomodo? AVA. Videns Bramantem illum peſſimũ: euertiſſe templũ tuum: aurum de meo parare inſtitui: ut eſſet unde Pontifex Iulius exparte aliquã illud poſſet reſtituere. Quod et factũ eſt aurũ enim omne quod congeſſeram ipſus habuit. PE. Quid igitur ploras ſi uoti factus es compos? AVA. Tui cauſa doleo non mei: quoniam diutius uiuere uoluiſſem ut parare maius aurum poſſem. PE. Viuentem te oportuit eſſe hominẽ malũ: quando et mortuus mentiris impudenter tui cauſa doles non mei: quoniam aurũ una cũ uita amiſiſti miſer. Tui met: et tuorum: quos tibi heredes eſſe decens erat: hoſtis manifeſte. AVA. Scribe igitur leoni ut nepotibus meis meum reddat: aurum: quãdo ita aequi eſtis: nec alienum es: quod mortales rẽtur: uobis Placet. PE. Inſania haec multos nimis tangit: dum uitã uiuunt illic: odio habent ſuos: nec egentes eos curant magis q̃ canes mortuos: defuncti poſtmodum: quod non poſſunt donant larga manu: dare debuiſti uiuens Beſtia: teſtamentũ haud ualet poſt morte con

ditũ. Sed & aurũ tuũ: ſacris theſauris aſcriptũ eſt:ame
ueri eſſet nephas AVA. Vtere nunc auctoritate quã
ſucceſſores in terris utuntur tui: et quod aiunt: diſpenſa
mecum pro iſta uice tãtum. Admoue aurem. Compo
nam ego tecum ſine datario. Auri ipſius mei dimidiũ
libens uolenſq; cedo tibi: Eo utere ſiue in templo ſiue
extra templum arbitratu tuo: reliquum rediuiuo mihi
tuo munere mi Pater: mi patrone reddi iube. PE. Vt
Blanditur carnifex: Igitur et tu de reditu ad mortales
ſperare audes? AVA. Quid ni audeam: tanto præſer
tim oblato auro? PE. Ibis ad Plutonem diuitiarum
deum Turres una cum Simia hoc ſodale tuo. diuitias
tibi ille dabit cumulatiſſime. AVA. Nihil mihi et Si
miæ huic: nec ad diuitiarum deum libens pergo. PE.
Quapropter? AVA. Quoniam ditioribus pauperes
odio hodie ſunt: et pauperes ad ſe euntes Pluto male
accipit: ditioribus enim ſuam coloniam deductam
aſſerit mendicos uero omnes ueſtros eſſe. Aurum
meum mihi reddi iube: et lætus uado: Aureis co
piis ſi inſtructus pergam: expugnabo inexpugna
bilia quæque hodie. PE. Fabularum ſat habemus:
Pone Palium: et te hic nudum Exhibe. AVAR.
Hem nudum totum: nihil unquã reperies quod ra
puerim alieni: mea meo ſeruaui modo. PE. Amo
uete: amouete obſecro hunc uos a me: Hui ut fœtet

Auarus iſte. AVA. Ha intelligo nunc uos: Auarus fæter: Auari aurum non fæter uobis. Hæc eſt æquitas ſacerdotũ temporis huius utiq;. PE. Inferni augebis coloniam miſer. AVA. Ex qua cauſa? PE. Quoniã non tam damnandi ſunt qui rapiunt aliena: q̃ qui ſua tenaces nimis ſeruant. AVA. Concilium appello. PE. Ad concilium ibis apud acherontẽ: una cũ Simia hoc ſodale tuo. AVAR. Diſperdat Deus et Simias: et uniuerſos qui ſimas habent nares. Et non dabis Apellationis remedium? PE. Non dabo. AVAR. Non mirũ ſi in terris Pnrũq; negatur ius: et ĩ ſuper fit iniuria: quãdo in ipſis Cælis tam manifeſte opprimor. Vnũ tamẽ abſte Pætre Peto: nec negare debes. PE. Quid illud eſt? AVA. Ne unq̃ Simia iſte (imprimetur enim ſcio Ioãnis Ludouici Marchionis Pallauicini iuſſu in odiũ auarorum) Romæ ueneat. PE. Quid id curas nunc? AVA. Ne Poſteris meis cedat ad dedecus: cum me damnatum uulget fama. PE. Deſipis nunc magisq̃ cum uiueres: curabunt illi mortuum te: quos tu uiuos nihili ſemp feceris? Auarorũ certiſſime exeqæ ſunt Poſteroꝝ odia. Mitte curã hãc: faciet Ioãnes Ludouicus qđ ẽ dignitate ſuã eſſe iudicabit: tu uero et apud mortuos torq̃beris dignis pænis: et apđ uiuos lacerabere ꝑpetuis ꝓbris amouerete hũc dixi. et cæteris locũ date Cita illũ q̃ nigras hẽt manus: et Atramẽto ĩfectã faciẽ.

unde es tu? IOANNSE. Ex Almania Pater: Ioãnes nomine. PE. Negare nequis: qd egiſti uiuens? IOAN. Notarius rotæ Romæ fui longo tempore. PE Igitur longo tempore furtum feciſti. IOAN. Vnde hoc? PE. Quoniam uos omnes notarios inauditos damnare oportet: ita Palam furtum facitis. ſed dic: quot lineas ponitis in folio? IOAN. Quot debemus: alioquin multamur mala. PE. Multamini mala: ita quippe fiat ſi uobiſcum agatur iure. uerum indulgent uobis nimiũ magiſtratus urbis: & cõniuentibus forte pertranſeunt oculis: dum & ipſi lucrũ captant. ecquis ex uobis eſt: q ex parua quauis dictione lineam q̃tum uis longã ſciat ducere? q̃ laudẽdus ſit leo meus: ſi ex uobis omnibus q̃ plures longas literas mandet fieri. uolcani eſt: s filii notarii omnes: quot quot accedunt ꝓpius male uritis: ita impudenter euiſceratis marſupia. pone palium Ioannes: & adſta nudus. plenus profecto notis eſt notarius iſte intendite. eæ ſunt dictiones paruæ quæ in regiſtris grande occupant ſpacium: Hæc ſunt aræ quæ nũq̃ computantur: Iſte Bibalia pro conficiendis regiſtris ille pro portandis in rota: ſiue pro tranſpertandis: Hæc pro quærendis iuribus quæ ipſe met ſceleſtus lucrum captans abſcõderat: O quot Bibalia: ita eſt: nihil faciũt hodie iſti ſine Bibalibus. Bibaciſſimus fuiſti Ioannes utiq;: uerum plus ſitis ti aurum q̃ uinum. Ligate hunc

cum Simia:et auaro illo:et ſeruate diligenter.IOAN.
Lucri cupido ex Almania me Romam traxit:lucri cu
pido me miſerũ perdidit. PE. Reliquam turbã hanc
dimittere uolo nunc:qui ſunt iſti Alexander? ALEX.
Curiales:Cardinalium et aliorum(quod aiunt) Præla
torum familiares PE. Miſeros hos examinare nõ eſt:
opus quicũq; Cardinalium:et aliorum Prælatorum fa
miliares extitiſtis adſtate ſaluos uos eſſe oportet ſi ſer
uitutem illam duriſſimam ſeruiſtis æquo animo . atq;
non ueſtra modo:ſed et parẽtum expiaſtis errata oĩa:
ſi ferre potuiſtis tam acerbos dominos. ALEX. Cer
tum certe iſtud eſt Petre,et miror ſatis quod mortales
Antidoto hoc ſalutari nõ utãtur aduerſus peccata ſua.
Cur enim uigiliis:ieiuniis ue:aut longis peregrinationi
bus ſe ipſos excruciant inſani:quando abolendi cuius
uis maximi criminis tantam habẽt cõmoditatem. Ro
mam ueniat qui ſe noxiũ credit:ſeruitutis huius iugũ
ſubeat:faxo nõ mũdatus modo redeat:ſed et Paradiſo
etiam digniſſimus. Introducite hoſte uos Beati Spiri
tus:et unũquenq; locis ſuis collocate.Cardinalium ue
ro miſeros familiares hos inter martyres adnumerate
ita enim eorum longa meretur tolerantia . Intueri uo
lo quiſnam iſſit : qui montem ſcandit. ſolus . Attende
Alexander ſi eum forte noueris. ALEX. Ni fallar Pe
tre Bramãtes iſte eſt.PE.Qui Bramãtes? ALEXAN.

Architectus noſter. PE. Templi euerſor mei? ALEX. Immo et urbis: atq; orbis ſi potuiſſet. PE. Vide ſit ne ipſe. ALEX. Ipſius eſt. PE. Certo? ALEX. Vha: ip ſiſſimus: noſco eum probe nunc: nec fallor oculis. PE. Videre hunc optaui diu: lætor aduenisſe. ALEX. Apud te ſis opus eſt Petre: uiuens omnes ludebat io cis: miris modis. PE. Ludat ſane: audire tamen illum uolupe eſt. BRA. Saluere Chriſti gregis ſummum: ducem: uenerabundus: et Prontus Bramantes iubet. PE. Salue et tu Bramãtes: ſi tñ ſalutis dignos fructus feres. BRA. Quid iſtud eſt: ſi dignos fructus feram? Inhumane tua dixerim uenia: mecũ agis Petre a Prin cipio Porro ſi cæteri Beati tui ſimiles ſint: nec ſalutem reddunt ſalutati: ueſtrã hanc Beatitatem nihil moror. PE. Is nobis mos eſt: ſalutem non damus niſi dignis. BRA. Et quoſnam dignos exiſtimatis ſalute ueſtra hac? PE. Qui bene acte uitæ rationem nobis exhi bent. BRA. Viuentium omnium Profecto digniſſi mus ſum: cui nihil unq̃ curæ magis fuerit q̃ bene uiue re. PE. Iſtud pertentatus dices: Poſtmodum: uolupe tamen erit ita eſſe. BRA. Genium fraudaui nũquam: nec peperci ſumptibus ut bene uiuerem. PE. Ha: nõ fraudaſti geniũ: nec Peperciſti ſumptibus ut bene uiueres. BRA. Non utiq;: et q̃tum Potui: Curis: mæroreq; ſemoto: Gaudio: et iocunditate animum

enutriui meũ. PE. Indulſiſti igitur genio q̃tũ libuit? BRA Mirum quin me ultro media:& curis macera uerim.PE. Nó ſic oportuit Bramantes. BRA. Quid ergo? PE. Odiſſe uitia iacentes erigere:benefacere q̃ tum poſſes. BRA. Nullus me uno curauit diligẽtius omnia hæc. PE. Gratum erit ita eſſe. BRA. Modo cõſtat:modo agatur:rationẽ audi.PE.Audio.BRAM. Architecti quas dixti omnes propriæ partes ſunt:inter quos longo uſu id me obtinuiſſe confido:ut inter eos non poſtremus adnumerarer. PE. Certiorem facias me:quo nam pacto Architecti eæ partes ſint. BRA. Architecto cũ quid molitur operis: neceſſe eſt id Pri mum cogitet:quo nam in loco fundamẽta iaciat: quo robore firmet parietes: q̃ta craſtitudine muros ducat. ne ſi poſtmodum opus faciat uitium:& ipſe eo inſpici entibus ſit ludribrio:& artis.ſuæ laus pereat. Odere er go Architecti omnes: ſi ſapiant:uitia. PE. Facete ſe quere obſecro. BRA. Veterum deorum ſimulacra: atq; Illuſtrium uirorum iacẽtes ſtatuas e ruinis erutas erexi mille & ut te abſoluam breuibus:qcquid uiuens egi: adhibitis totius artis dimenſionibus: & iuſtis pro portionibus:inter reliquos artifices benefeciſſe me ar bitror poſſe gloriari. PE. Equidem perbelle nobiſcũ hodie iocaris Bramantes.enim uero interroganti mihi paucula:ut reſpondeas dignum cenſeo. BRA. Inter

roganti Paucula reſpondebo Plurima ut ſoleo. PE. Cur Euertiſti templum illud meum Romæ: ſcelerati cuiuſuis animũ ſola uetuſtate in Deum Prouocans? BRA. falſum iſtud utiq;:neq; enim euerti Ego: Verũ iuſſu Iulii Euertere operarii. PE. Tua fuit hæc techna: tuo ſuaſu:tuis artibus inductus iuſſit Iulius:te auctore: te Duce euertere operarii. BRA. uiam ingrederis:& factum fateor. PE. Cur id facere auſus? BRA. ut Iulii marſupium nimio tumore Crepans exonerarem. PE. Quid tibi oberat Iulii marſupium Auro Plenũ? BRA. Omnibus oberat:& abre erat:tantũ Auri uno in loco ſepultũ otioſum eſſe. Propterea enim ueteres uoluere nũmos eſſe orbiculatos: ut Poſſent currere. PE. Ecquid uoti factus es Compos? BRAM. Minime.uetus nãque templum tolli Permiſit Quidem: ſufficiendo autem nouo:indulgentias: Quod aiunt & Confeſſionalia tantum attribuit: De Cætero ſubtraxit manum.Prouinciam uero meam Excipiens Pene Confecit hiſpanus miles. PE. Et hiſpanũ Gallus Rauennæ ultus eſt Probe. BRA. Et:Gallum Heluetius Nouariæ mulctauit nõ improbe PE. Omittamus hãc Pugnam mortalibus.Bellorũ euentus ſemper uarii exitere:& rerum omnium eſt uiciſſitudo Redeamus unde digreſſi ſumus. BRA. Quocunq; me uocaueris preſto ſum; uorſutior rota figulari. PE. Aduениſſe te

iuſſi Bramātes ſaluum.ſi tamen ſalutis dignos fructus ferres. id tuliſti Egre aliquātulum ut cridi.BRA. Atq; Aegerrime etiam:nec ciuile arbitratus ſum:ſalutatum te:non reddere Salutem ſed ſedeamus Paululum:gra uaſtellus enim:ſum:& feſſus lōga uia.PE. ſede tu ue nia hæc tibi libenter datur. ALEX. Apelle opus erit nunc:qui fortunā ſedentē pingat.BRA.Irritabis ſerpē tem digito Alexander ni caueas.PE. Dixi Bramarites nemini hic ſalutē dari niſi dignis:Nec indulſiſſe genio: uoluptati ue dediſſe operā:alicui unq̄ impune licuiſſe BRA. Non licuit:PE. Non equidē. BRA. Iſtud me hercla indignū:atq; iniuſtū ?Probo.PE.Proba. BRA. Liberum arbitriū quod dicitis non Datum eſt a Deo homini? PE. Vatum. BRA. Libera homini cui libe rum Datum ſit arbitrium non licuit libere uiuere:Alio quin: Quod cenſuræ tuæ aſſerunt interpretes: non erit ibi libertas: Vbi actus Diſpoſitio depēdeat ex alie no arb.trio.PE. Liberum arbitrium fateor homini eſſe Bene: an male uelit uiuere:Cæterum & legem habet Quam ſi tranſgrediatur:Dabit Pænas.BRA. Datam ergo libertatem aſſeris:licentiam haud quaquam.PE. Illud ipſum BRA. Quaſi eæ non ſint ſorores germa næ ambæ: uno partu:atq; eodem uentre editæ: amo re ita Coniunctæ inuicem ut altera ſine altera eſſe ne queat. Quod mihi permiſſum eſt Petre ut faciā libe

re:idem & licere arbitror iure optimo. Et niſi rerum parentis peruertat iura: liberum omnino hominum ſatis ſcio. PE. Quæ ſunt naturæ iura? BRA. Non occidat: non furetur: nemini iniuriam faciat: De reliquo edat: Bibat: ætatem ſuam lætus uiuat: & Epicuri indolentiam ſequatur penitus ſi ſapiat:meo iudicio. ALEX. Verbulum reſponde mihi Bramantes: nec iraſcare. BRA. Interroga. ALEX. Seruaſtin tu naturæ iura? Quid rides? BRA. Nimis acutos dentes habuere ſemper tui ſales Alexander. PE. Quid illud eſt? BRA. Nihil eſt.indas fabulas curat modo iſte. PE. Quid illud eſt Alexander? ALEX. Videbis cum eũ iuſſeris ſpoliari. BRA.Spoliari?Quid? Etiam ne expoliatis peregre aduenientes ad uos?etiã ne latrones inhabitant Paradiſum? Bellus Paradiſus: equidem Romæ tutior eram. Edico ego uobis omnibus ſiue is Petrus ſit ſiue Paulus:ſiue Paradiſi huius ueſtri alius Quiuis magnus ſatrapa: ne mihi incipiat manus: neue mihi Contumeliam Paret facere alioquin ſentiet Quid hiſce Pugnis Bramantes Poſſit. faciet ſpero hoc in ſcopulo inexpectatum denti fragium. ALEX. Nimis iracunde Bramantes: BRA. Accede huc tu:& labrum labro ut iratus uiuens Conſueueras quantũ uoles ſuperpone: faxo a me recedas Doctior q̃ adueneris:Docebit architectos ꝑcuratorẽ

ueteranũ: Q uid ſint articuli contracti. ALEX. Non Placet mihi Diſciplina Q uæ docetur pugnis. PE. Bo no animo eſto Bramantes: non expoliabere: nec tibi fiet Cõtumelia. BRA. Credo equidem: niſi Plus Poſ ſitis pugnis. ALEX. Pugnis pugnare nobis cũ Bra mantes uolet. BRA. Pugnis utiq; maiorum more: Pu gnis enim non Armis pugnabant ueteres: & inde pũ gnam dictam Dico. ALEX. Vha: ſi tecũ eſſe liceat: Q uotidie doctior efficiar. BRA. uha: ſolos uos Do ctos exiſtimatis Cauſarum Patronos: Q ui in eo tan tum Plærunq; eſtis Docti: ut faciaris malum. ALEX. Q uapropter? BRA. Q uoniam Q uæ in tutelam ue ſtram Confugiũt oues: Deuoratis rapaces lupi: & con fecti fame: uel tam diu miſeras tenetis auribus: Q uam diu lac: uel lanam queũt reddere. ALEX. Falſa me ca lumnia aſpergis Bramantes: uiuenti mihi: haud tale ex titit ſtudium. BRA. Scio: & propterea uita cedens Auri parum: Boni nominis reliquiſti Plurimum. uerũ ſi irritare me Pergas uerbis: uoluptatem quam maledi cendo capis: amittes male audiendo: par pari reddam certe. Nimis longos facimus logos Petre: intelligam ego nunc animo ueſtro quæ ſit ſententia: atq; utrum me uobiſcum uelitis eſſe cognoſcam Plane. Conditio nes ſi uoles dicam. PE. Age dic. ALEX. Q uid facies Petre: etiam ne cõditiones dicet Bramantes Paradiſo?

PE. ſine dicat:huic de nunc operã:atq; illius oblector iocis aliquãtulũ.BRA. Omniũ Primũ uiam hãc quæ e terris in Cælũ ducit:Arduã nimis & aſcẽſu pdifficilẽ tollere ĩ aĩo eſt:alterãq; erigere:io clidẽ:& ſpacioſam:p quã: ſeniorẽ: & debiliũ aĩæ eqſtres Poſſint ſcandere. Poſtmodũ Paradiſum hũc funditus euertere:nouũq; erigere:qui Beatis iucũdiores:ac cultiores habitatiões Præbeat: Hæc conditiones ſi placent ueſter ſum: ſin minus:recta ad Plutonem pergo.PE. Vbinam uoles colonos noſtros habitare que ad uſq; Paradiſus ſurgat nouus. BRA. Sub dio Durati enim ſunt hi ueſtri ciues: & malis aſſueti:alii nudati pelle; alii uigiliis macerati alii memoribus inter feras in nutriti: uniuerſi Ciuilitatem hanc acquiſiere ſuo magno malo Nec periculum eſt q; offendantur reumate ſub tam ſalubri cælo. PE. Nimis duras conditiones affers Bramantes: nec ſenioribus habitationes nouæ Placere ſolent ad modum. BRA. Tua igitur uenia ad Plutonem ibo: ibi mihi certum ſcio erit negotium. PE. fortaſſe. BRA. Infernum nouum faciam omne: euerſo hoc fatiſcẽte: & ſemicõſumpto tam Diuturnis flammis. PE. Non erit otium ſuſpicor huic negotio. BRA. Ibo tamen tua uenia. PE. Non ibis. BRA. Q ua propter? PE. Dicam Bramantes. euertiſti tu templum illud meum Romæ. BRA. Factum fateor:

uerum illud perficiet leo breui tempore. PE. Interim expectabis hic ante fores paradiſi hoc breui tempore: nec admitteris limite priuſq̃ certior efficiar: perfectum eſſe penitus nouum templum illud. BRA. Quid ſi perficiatur nunq̃? PE. Ha perficiet certe leo meus: BRA. Forraſſe, Et ſpero faciet: ita mihi promiſit abe unti. expectabo igitur. quando ſecus nequit fieri. PE. Græculum hunc: una cum Notario: & auaro iſto uin ctus: uobis dico: adducite ad Plutonem excruciandos flãmis. Intẽdere uolo nunc: cuius uox iſta ſit quæ me iterato interpellat noĩe. Arrigite aures & uos. CAPT. Petre Beate: quem Apoſtolorum Principem: ac Gre gis totius Paſtorem ſummum ſummus Deus eſſe uo luit; Et cui ligandi: ſoluendiq; Cælo: ac terrã quicquid uelet perpetuum iuſſit eſſe ius: te ſupplex rogo: ac Po tentiſſimum tuum numen in auxilium mihi Gemens uoco. PE. Ex urbe ea Profecto uox eſt. ANG. Ita uidetur quidem. PE. Intendite diligentius. CAPT. Aequum eſt Petre: miſerari te iniquam meam ſortem: & ſuppetias ferre celeres: opportunas: quando te ſem p coluiquãdo tuis aris thura dedi larga manu: ANG. Noui ego nunc quis is ſit. ALEX. Quis eſt? ANG. Captiuus ille inſignis: quẽ iam diu arcta nimis premũt uincula: & tã diu macerari uniuerſus damnat populus. ALEX. Ipſius Profecto eſt: audiui multotiẽs omnẽ

rē. Haud huic opus erit ſardonice in mare merſa. PE. Et quā afferūt captiuitatis eius cauſam? ANG Nullā dignā ſatis uerum aduerſarios habet impotētes: Potē tiſſimos, ex eius Bono genio ſcire potes reliq. ALEX. Si ex mea ſentētia faciat captiuus iſte: & mittatur uin clis nūquā redeat in hāc ro: Curiā: ubi multoties uilius ueneūt homines: q̄ in foro boues. PE. Heus uos: euo cate ad me captiui illius Bonū geniuum. GEN. Ecce me: quid iubes Petre. PE. Scire opto infelicis eius tā ti mali cauſam. GEN. Vnde id curas nūc? PE. Clamat ex terris ad me: & cælū clamore replet. GEN. Ipſum igiť audi: uerax eſt: & mētiri neſcit. ALEX. Vocalior certe ſolito factus eſt captiuus iſte: alte nimis intonat. GEN. Nihil mirū: Decē uetuſtarū Bouū ſolidas aīas i uētre habet. PE. Decē uetuſtarū bouū? GEN. Vtiq̧: huiuſmodi enim carnibus uinctos ſuos tantū alit Bellus ille Arcis cuſtos: atq̧ Potat Poſca poſtmodū. PE. Multi ibi ueneunt incōmoda, & quā afferunt detentionis huius cauſam? GEN. Nullā quidē dig-ā ſatis: niſi ut uetuſti eius hoſtis libidini gerať mos: nec apud Leonē Clemētiſſimū iniuriam deprecari unq̄ fuit fas. PE. Non habet Iouē aliquē in terris qui eū ꝑtegat. GEN. Delicati ſunt humani Ioues Petre nimis: ſi nimbum uideant uenientem abdunt ſe: uel fugiunt concitati. PE. Igitur in hoſtis eius gratiā tanta mala patitur?

nec adhuc quieſcere didicit inquietum ingeniū illius uolcani filii? Dabo ego operam ut quieſcat aliquan do ſuo magno malo. quid faciundum cenſes Alexan der ut hunc iniuſtis his ſoluamus uinclis? ALEX. Mittendus Profecto: Cælis erit aliquis: qui Leoni rem omnem tuo narret nomine: ac illum certiorem reddat quid uelis fieri. Clementiſſimus enim ipſe eſt: & mini ſtrorum horum iniquitati ponet modum. PE. Placet: & ibis ipſe rediuiuus niſi id feras ægre. ALEX. Non ibo quidē Petre: ſi mea facias ex ſentia: nec me Clien tum iterum exponā importunitati. Ecce enim ut Am barlaus Hiſpanus ille meas adhuc fores obſidet: expe ctans ſi quo pacto ad uiuos redeam: ut me importuni tate ſua Crucifigat ſolita. PE. Ibit igitur Angelus no ſter hic: Iunior quippe eſt: & uiuere deſiderat: dabitq; in futurum operam ita Bonis Moribus: ut ſi nunc Pa radiſo Dignus: Digniſſimus Certe poſtmodum poſ ſit exiſtimari: atq; uere maximus ex maxima familia queat dici. ALEX. Optime iſtud. PE. Eia Ange le: mortalis eris iterum noſtro munere: Parentibus inexpectata afferes Gaudia: ſodales tuos caros uide bis Denuo. Da operam ut uitam uiuas Dignam Ro. Ciue: maxima Genitum familia. Leonem inſuper adi bis meo nomine: atq; illum orabis præce cōmoda: ut captiuum illum infelicem ſolui iubeat: Datū ſatis tem

pori: datū plus iuſto alienæ iniquitati ſcio & Clemēs: & iuſtus eſt:& præces meas non uolet eſſe irritas. Tu uero Bone Geni in Prouinciam tuam reuertere: Hortare captiuum ut æquo animo aliq̄tulum hoc malum ferat: celereq́ʒ ſciat Auxilium ſibi e Cælo aduēturum. GEN. Abeo. Enim uero poſteaq̄ in Anguſto res eius eſt: quod faciundū iudicaueris: citius perage. PE. Fungere tu officio tuo: Reliqua ipſe citius q̄ coquantur aſparagi maturabo. ANG. Ingrediar et ipſe uiam Petre tua uenia. PE. Atqui quo citius eo Perueneris: erit Gratius. ANG. Vale Petre. PE. Et tu itidē uale. ANG. Agite pedes mei: Citi currite atq́ʒ me hinc efferte uelo cius: ne forte ſententiam Petrus mutet: & legatū hunc reuocet ſuum. Sed mortuo non eſt opus pedibus. Eia ut citus feror: ut Celer uolo. PE. Eamus intro Alexander: ibi laborū tuorum amplum: & Perenne feres Præmium. ALEX. Iſtud eſt quod optaui ſemper: eamus. ANG. Ecce iam urbē intueor: iam lætus illam teneo: O Parētes optimi: o ſodales fidi: q̄ta uobis inexpectatus fero Gaudia: Prandii hora nunc eſt: æra nāque ut Audio exercent Coquos. Non Poterā opportuniore hora aduenisse. Ibo ad templum Pacis: atq́ʒ reſumam Conditum ibi Cadauer meū. O q̄ta Petitorum turba templi huius fores obſidet. Nullus tamē intus eſt: nō Poteram aduenisſe opportuniore hora. Perficiam oīa

priuſq̃ e Prandio redeant æditui. Hui: tam cito idutatũ eſt ſolũ uix diſiungeř poſſum lateres Noluiſſent Pol reſurgere me Polinctores illi peſſimi: ita Clauis cubita libus arcam iſtã occluſere. euellentur tamẽ. Deo opti mo. maximo: Clemẽtiſſimo: atq; tibi poſtmodũ Pater Petre: quas poſſum oĩs Ago gratias recepto corpore ex mortuis reſurrexiſſe me nũc uere uideo. q̃ timui ne res hæc euaderet in ſomniũ. Hei ligatæ manus adhuc ſunt: ſoluere debuerã priuſq; Cadauer ingrederer. Ro gabo unũ ex petitoribus iſtis: ut demat uincla ſolue has tu quadrantẽ dabo: quid fugitis? quid timetis? Vi uens ſum qui modo mortuus fuerã. CECVS. Quid iſtud eſt? qui rumor? dicite ſodales quid noui eſt hoc? PETITORES. Fuge: fuge & tu Cece. CEC. Quid fugiam dicite: & me uobiſcũ ducite. PET. Fuge inquã Cece: fuge. CEC. Quid fugiam? PETI. Mortuos. CEC. Quid mortuos? PETI. Mortuos Profecto re ſurgunt enim oẽs: & perſequuntur uiuos. CEC. Mor tuos? ubi nam. Baculus meus eſt? nullus eſt: mortui abſtulere credo. ANG. Quæ uos occupãt intempiæ uanus ueſter Pauor eſt: conſiſtite. Viuens ſum: qui mo do mortuus fueram. Non eos chatenæ teneant mille Grandes: Craſſæ: nec aprehendat Canis quiuis uenati cus celerrimus: ita fugiunt concitati. Pontẽ xiſti pertrã ſiere credo iã potẽtior Deo factus ſum: ſanaui oĩs hos

intuitu:& ſola uoce.CEC.Rogo uos ſodales per Deū expectate me date manū Ceco miſero miſere percūti miſeremini mei:atq; auxiliamini mihi. ANG. Vt ſine Duce Cecus ille Celer fugit Iocari paululū libet & mihi nūc:atq; ſemianimē hunc urgere magis.Heus tu:ac celera:Curre:Cape:tene:atq; arcte liga Cecū illū:Cecā hoſtiā hāc mactare oportet mortuis:& laniari Porro. CEC. Audin tu Cece:laniare ut Porrū uolūt:actū eſt: faciēt niſi pedibus excuciā periculū.O imanes manes O Mercurii talaria ut ualeā euolare. O me miſerū:uereor ne ſolus in predā mortuis relictus ſim: Sed placabo eos præce. Requiē æternā dona diſperdat deus & Grabata:& currus:& q uehunt illis Petitores oēs.Perfracta mihi eſt tibia:dum placare mortuos præce pare. O imanes manes: cur me ſolū Petitis:cur uni ceco tā īpie mortē ītētatis.Ad uiuētes igit ꝯfugiā. Mortales currite:ocurrite:ſuccurrite:& piclitāti Ceco manū date. Heus mortales:citi obuiā malis uris ite.accelerate.Occuparūt urbē mortui:occupabūt orbē niſi ꝓſpiciatis. PAMPHIL9.Quo curris cece? qd tibi ē? qd clamas? ſatin ſobrius es? CEC.Abſtinete manū mortui:alioqn ſciētes ſcel9 facitis.clericali ordini iniciatus ſum.uiolari īpune neqo:Romæ pſerri:ubi ꝯdūt iura & ſtat legib9. PAM. Vn̄ hic pauor cece:gradū ſiſte.CEC.Abſticte ī quā manū mortui. PAM. Sceleſtus ut pugnis ſceuit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

hem pugnos tibi. CEC. Exoratos uos uelim mortui: ſinite abire me:& pugnos recondite. Nunq̃ inquietaui ego ueſtros manes. Sed & Pſalmos cantabo uobis plus mille: ſi me incolumem dimittatis. AG. Quos tu mortuos dicis? quas narras fabulas? CEC. Vos inq̃ qui me perſequimini. PAMPH. Iſtud tibi omen habe uiuētes ſumus nec mori admodū cupimus. CEC. Viuentes eſtis ſcio nunc: uerum mortui eratis Paulò ante. PAMPH. Viuentes ſumus dico: & omnes fer me noſti probe. Pulchram fabellam: & theatro dignā. CEC. Fœdus iciam uobiſcum nunc mortui: atq; illud ſeruabo plane. PAMPH. Ludere hunc uolo aliq̃tulū quod fœdus. CEC. Nunq̃ uenturum me de cætero ad templū pacis illud: neq; ad templū Belli: neq; ad templū induciarū. PAMPH. Quid ita? CEC. Quoniā iratos uos ſcio petitorum clamoribus: quibus interrūpere ſæpe perpetuū ſomnū ueſtrū. Quotiēs dixi ego illis: abſtinete Clamoſis uocib9: ſubmiſſius orate: ſuſcitabitis mortuos: & male erit nobis. Illi uero iſtar̄ uehementius: & dicere: uiuētes ſurdos eſſe: nec dare elemoſinā niſi faſtiditos multa p̄ce. PAMP. Agite nūc: replete Ecclæſias clamoribus: obtundite aures uenietiū ad tēpla: orātiū mētes auertite: plus q etis ī Agone ē mercatus die: q̄ ī tēplis dū res diuina agit̄: adnitēte petitoꝝ quouis peſſimo Palā facere q̄tū uoce ualeat, Equidē

gaudeo:& Probe factum dico. Viuentium negligen tiam correxere mortui núc. ſed quid facies ſi abeas in columis? CECVS Cantabo uobis Aeternam requiẽ Plus millies. PAMPH. Tibi hanc exeanta: & tuis. CECVS. Atq; ad tẽplũ Belli huius redibo nunquã. PAMPH. Meras nugas agis. CECVS. Nego nugas eſſe:& ſeruandi fœderis uades dabo. PAMPH. Viuen tes ſumus ecce Dico:& omnes noſti Probe reuoca animũ:& ad te redi. CEC. Quinã eſtis uos? PAMH. Pamphilus romanus ciuis ipſe ſum: Qui tibi quotidie Quadrantem do:ut Beatæ uirgini ſua cantites gaudia CEC. ſcitus Puer:qui ex Comediis facis comerdias PAMPH. fecit ille:nõ feci ego, uerũ ſi ſapias abſtine bis uerbis. CEC. Quapropter? PAMPH. Ne in te ſua forte obuertat cornua: CEC. Si saperet ille non irri taret tam inepte alienos calamos. PAM. Omitte hãc rem: & ad mortuos redi. CEC. Ad mortuos non redi bo ego etiam ſi me Bees. PAMPH. Ad rem noſtram Dico. CEC. facio. Nũc iudicium eſt mundi Pamphi le PAMPH. Quo modo? CEC. mortui reſurgũt uni uerſi. PAMPH. Qui ſcis? CECVS Quot quot in tẽ plo Pacis ſepulti erãt ſurrexere modo PAMPH. uidi ſtin illos tu? CEC. Atq; utinam uidiſſem: nõ mihi per fregiſſent tibiam Grabata Petitorum uerum. audiui. PAMPH. Quid audiſti? CECVS Amoueri marmo

teos lapides: cõfringi Arcas ligneas: reſerari ſepulcra omnia. Mortuos inſuper iurgantes in uicem. Dum ſua Q uiſq recognoſcit oſſa ſed & unus eorũ: cui adhuc ligatæ erant manus accedens ad me:rogauit ut uincla tollerẽ:Pollicitus Q uadrãtẽ. PAMPH. Q uid tutũ? CECVS. Dedi me in pedes Protinus: & fugi cõſter natũ petitorũ ſequens Agmen. PAMPH. Cur nõ accepiſti Q uadrantẽ? CECVS. Accciperẽ Q uadrãtẽ Proieci inſuper quotquot lucratus erã iſto. mane ũnã cũ Pixide. PAMPH. Et mortui quid tũ CECVS. In ſequi q̃tum Poterant: & Clamare poſt me cape:tene: Cape tene cecum illũ. PAMPH. Irati erãt tibi ad modũ. CECVS. Irati Aedepol. frẽdenſq; fremẽs eorum unus minitabatur ſe Deuoraturũ me ut porrũ mundũ PAMPH. Vt Porrũ? CEC. Quod audis. Caput grande mihi uiderat:& ueſtes albas:& mundũ. Porrũ credidit PAMPH. Sapienter uerũ ubi apex tuus: & Baculus:& Crepidæ? CEC. Reliqui oĩa in Prædã mortuis: ut uiuẽs euaderẽ. PAMPH. Pulchriorẽ fabulã audiui nũquã uiuẽs quiſpiã totũ fecit hoc:ut petitores ĩ fugã ageret:& riſum daret Populo. CEC. Q uod uoltis uos Poteſtis dicere enim uero ut dixi ita eſt: & mortui ſur rexere Penitus. PAMPH. Nobiſcũ uenies cece ad tẽ plũ pacis:ibi rẽ omnẽ ĩtelligemus certe CEC. At ego certe nõ ibo illuc ſi me uelitis Beare etiã; nec mortuis

congrediar iterũ:Quin me Potius celer Domũ referã abdam(que) me ibi quantum Potero:nec mortaliũ Quẽ quã alloquar uſ(que) in nonũ Diem. PAMPH. Cuſtos urbis ecce adeſt & Petitores multos ſecũ uinctos tra hit Intellexiſſe illũ arbitror hanc fabulã. CVTOS Quid noui eſt hoc? nunquid & apud uos monſtri ali quid eſt natum hodie? PAMPH. Cecus iſte mira ni mis narrat: at(que) ſurrexiſſe ait omnis mortuos qui in tẽ plo Pacis erant conditi CVS. Id ipſum petitores iſti afferũt: Quos raptim fugientes retineri iuſſi nũc incã po floræ. Viuentis alicuius hæc techna eſt: Quem ſi Deprehendero. Eamus ad templum illud nos met: PAMPH. Eamus: tutiores nan(que) erimus cũ armato(rum) præſidio: Poſteaq̃ i uiuos ita ſauiũt mortui ANG. Vi den ut nos irideãt ſæpe Petitores iſti peſſimi? Viden ut abierint celeres qui modo uidebãtur nõ poſſe ſtare Quot per cõpita Proſtrati iacent: & uehuntur curru: Quos ſi fuſte i ſequaris: curſores facias celerrimos. At At unde ex armato(rum) turbæ urbis cuſtos certe adeſt. Abire domũ optime erit: ne forte q aliis ſoluendis miſ ſus ſim: ipſe in uincula coniiciar. Ibi mater quæ liga uit ſoluet manus. Componam me opportune poſt Prandium, at(que) ad leonem ibo: ut petri iuſſa exequar: ſoluã ego ſpero rediuiuus infælicẽ Captiuũ illũ Quẽ ſupremi orbis Principes hactenus ſoluere non Potue

runt multa Prece:mitti q̃ illum uolet leo Clementiſſi mus Petri gratia.ſed & frequentior curret ro. Populus ut me rediuiuum intueatur:quam modo cum luſitani introducerent in urbem Lucam Bouem.uos interim lectores optumi ualete optume: & cum nullius indi gueritis opera felices uos: & per beatos exiſtimate.

FINIS.

¶Impreſſum Mediolani per Magiſtrum Go tardum de Ponte a Anno Domini. M.ccccc.xvii.Die xxiii.Iunii.

Joannis Puſterlæ, et Amicorum:—

Andreę Sotani et suor

200,143

Guarna And.° Battaglia gramaticale trad in ottave. da Mimcuzio Rubeo Ven 1545
Bellum gramaticale venetiis 1555—

[illegible]

80

[illegible] anonyme de l'auteur
[illegible] Selleur
[illegible] un spectacle [illegible]
[illegible]ale, mais le succès s'est
[illegible], dans toute l'Europe
[illegible] plus de deux siècles.

BIBLIOTECA